Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

GENE

annis. Et genuit filios. Vixit quoque phalech
xxx annis. Et genuit [illegible]
phalech, postea genuit reu ccc nonem
annis. Vixit autem reu xxxii annis.
Et genuit saruch. Vixit quoque reu post
quam genuit saruch ccvii annis. et
genuit filios. Vixit uero saruch xxx an
nis. Et genuit nachor. Vixit quoque saruch
postea genuit nachor ccc annis. Et genuit
filios. Vixit autem nachor xxix annis. et
genuit thare. Vixit quoque nachor post
quam genuit thare cxviii annis. Et genuit
filios. Vixit quoque thare lxx annis. Et genuit
abram. Et nachor. Et aram. Hec sunt autem ge
nerationes thare. Thare genuit abram.
Et nachor. Et aram. Porro aram genuit
loth. Mortuus que est aram ante patrem
suum thare in terra natiuitatis sue in
ur chaldeorum. Duxerunt autem abram
et nachor uxores. Nomen uxoris abram
sarai. Et nomen uxoris nachor melcha
filia aran patris melche. Et iesche. Erat autem
sarai sterilis nec habebat filios. Tulit ita
que thare abram filium suum. Et loth fi
lium aran filii sui. Et sarai nurum suam
uxorem abram filii sui. Et eduxit eos de
ur chaldeorum ut irent in terram chanaan
Venerunt que usque aran. Et habitauerunt
ibi. Et fuerunt dies thare ccv annorum.
Et mortuus est in aran.

XII.

Dixit autem dominus ad abram.
Egredere de terra tua. Et de cognatione
tua. Et de domo patris tui. Et uen
in terram quam ostendam tibi. Faciamque
te ibi in gentem magnam. Et benedicam
tibi. Et magnificabo nomen tuum erisque
benedictus. Benedicam benedicentibus tibi.
Et maledicam maledicentibus tibi. atque in
te benedicentur omnes cognationes
terre. Egressus ergo abram sicut preceperat ei
dominus. Et iuit cum eo loth. Et lxxv an
norum erat abram cum egrederetur de aran. Tulitque
sarai uxorem suam. Et loth filium fratris
sui. Et omnem substantiam quam possederant
Et animas quas fecerant in aran. Et egres
si sunt ut irent in terram chanaan. Cum
que uenissent in eam. Pertransiuit abram
in terram usque ad locum sichem. Et usque ad co
uallem illustrem. Chananeus autem
tunc erat in terra. Apparuitque dominus abram
Et dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc
Qui edificauit ibi altare domino qui
apparuerat ei. Et inuocauit ibi nomen ei.
Et inde transgressus ad montem qui
erat contra orientem bethel. Et tendit ibi
tabernaculum suum habens occidentem bethel
Et ab oriente hai. Edificauit que
ibi altare domino. Et inuocauit ibi
nomen eius. Proficiscebatque abram ad austrum
Et ibat progrediens ad meridiem. Fame autem
facta in terra. Descendit abram
in egyptum ut peregrinaretur ibi.
Prualuerat enim fames in terra. Cumque
appropinquasset ut ingrederetur egyptum dixit
sarai uxori sue. Noui quod pulchra es
mulier. Et cum uiderint te egyptii
dicturi sunt quod uxor illius es. Et interfi
cient me. Et te reseruabunt. Dic obse
cro te quod soror mea sis ut bene sit mihi
propter te. Et uiuat anima mea ob gratiam tui.
Cum itaque ingressus esset abram egyp
tum. Uiderunt egyptii mulierem quod
esset pulchra nimis. Et nuntiauerunt prin
cipes pharaonis. Et laudauerunt eam apud il
lum. Et ablata est mulier in domum
pharaonis. Abram uero bene usus fuit propter
illam. Fuerunt ei oues. Et boues. Et asini
Et serui. Et ancille. Et asinae. Et cameli. Fla
gellauit autem dominus pharaonem
plagis maximis. Et domum eius. Propter
sarai uxorem abram. Vocauitque pha
raon abram. Et dixit ei. Quid nam est
quod fecisti michi. Quare non indicasti
michi quod uxor tua esset. Quam obcam
dixisti sororem tuam esse. ut tollerem
michi eam in uxorem. Nunc igitur ecce
uxor tua. accipe eam. Et uade. Precepit
que pharao super abram uiris. Et deduxe
runt eum. Et uxorem illius. Et omnia

XIII.

Ascendit igitur. Et habebat
abram de egypto ipse et uxor
eius. Et omnia que habebat. Et loth
cum eo ad australem plagam. Erat
autem abram diues ualde in possessi
one argenti. Et auri. Reuersusque est per
uiam quam uenerant. a meridie in bethel.
usque ad locum ubi prius fixerat tabernacu
lum. inter bethel. Et hai. in loco altaris
quod fecerat prius. Et inuocauit ibi nomen
domini. Et loth qui erat cum abram fu
erunt greges ouium. Et armenta. Et ta
bernacula. nec poterat eos capere ita.